

CASPARI MANZII J. C.

Cancellarij Neo-Palatini

TRACTATVS

De

# SERVITVTIBVS

Prædiorum Vrbanorum &  
Rusticorum

*Iuxta ordinem Lib. 8. Digestorum  
una cum Appendice*

## DE MVRO COMMUNI

Quibus obscura declarantur, dubia discutiuntur, controversa deciduntur.



Augustæ Vindelicorum.

Impensis Iohannis Weh, Bibliopolæ, typis Iohannis  
Pectorij Anno M, DC, LVII.

**NOBILISSIMO GENEROSSIMO QV**

*Viro ac Domino*

# **IOANNI**

**CHRISTOPHORO**

**TANNER DE TANN, DOMINO**

in Königsfeld, Buccchersried, Pei-  
lenbach, & Welde

**SER:mi Bavariæ Ducis Electoris Ca-**  
**merario, Consiliario, & Praefecto in Voh-**  
**burg, Supremi Judicij Revisorij**  
**Antesignano.**

**CASPARVS MANZIVS D.**

Salutem & prosperitatem:

**H**ec tempore, quo mihi manus  
docendi, & jura publicè profe-  
tendi demandatum fuit, in ista  
lam præcipue curam incubui, ut  
clarè & methodicè omnia tra-  
derem, measque lectiones inac-  
laborarem, ut lucem publicam aliquando aspice-  
re possent. Primum desiderabat studiosorum u-  
tilitas, quorum ruditis abhuc & infirmus animus



¶ **O**tum est ex l. i. ff. b. T. † quod & Servitutes aliæ personarum sint, veluti usus fructus, usus, habitatio: aliæ rerum, uti servitutes rusticorum & urbanorum prædiorum.

Postquam ergo compilatores iuris libro septimo digestorum de servitutibus personalibus egerunt, libro octavo de rerum servitutibus agere voluerunt, quæ alio nomine *prædiæles*, vel servitutes prædiorum appellantur. Ratio habetur in l. i. ff. i. ff. *communia prædiorum*, & ff. ideo 3. *inst. de servit præd.* quia sine prædijs constitui non possunt. Nemo enim potest servitutem acquirere urbani vel rusticæ prædij, nisi qui habet prædium, vide quæ scripsi d. ff. 3.

Ratio autem, cur & hic titulus in genere inscribatur *de servitutibus*, cum tamen in specie tantum agat de servitutibus realibus, affertur à D d. talis: quia reales propriè servitutes dicuntur, W Eſ. b. n. i. & uſu fructui opponuntur, ut in l. ex caſtrenſ. 18. ff. *servos* 3. ff. *de caſtrenſ. pecul.* quæ intelliguntur semper, quoties servitutum nomen simpliciter usurpatur, ut in L. locare 44. ff. *locati.* Cuiac. & Iul. Pac. b. n. i. Meo judicio melius fecissent compilatores iuris, si hunc titulum in principio libri septimi collo-

(182.)

## APPENDIX.

### AD TRACTATUM DE Servitutibus.

### DE PARIETE COMMUNI.

#### Summaria.

##### I. Continuatio.

2. An paries sit communis vel proprius, dignoscitur. 3.  
Ex inscriptione. 4. Appositis insignibus. 5. Ex foraminibus & fenestris. 6. Limitatio. 7. Declaratione. 8. Ex signo immisso. 9. Ex tubulis camini, vel latrine. 10. Ex fistulis vel canalibus parieti ad herentibus. 11. Ex annulis, vel uncis ferreis. 12. Ex trullis muro infixis. 13. Ex alijs instrumentis talibus. 14. Ex lapidibus prominentibus. 15. Perforatis. 16. ex sustentaculis muri. 17. Ex tegulis inclinatis, & Radicis in / 18. Ex conjunctione muri.
19. Ex rei cuiusdam impositione.
20. Conclusio. 21. Limitationes. 31. 27. 34.
22. Quid si signa extent tantum in aliquâ parte muri?
23. An totus talis presumatur?
24. Quid si diverso tempore fuerit auctus? 25. 26.